Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



lxxxu 41

suis et vivat. Si autem avertit
se iustus a iustitia sua et fecerit iniquitatem secundum omnes ab
ominationes quas operari solet impius nunquid vivet. Omnes iu
stitiae eius quas fecerat non recordabuntur. In praevaricatione sua
qua praevaricatus est. et in peccato suo quod peccavit in ipsis morietur.
Et dixistis. Non est aequa via domini. Audite ergo domus isrl.
Numquid via mea non est aequa et non magis viae vestrae pravae sunt.
Cum enim averterit se iustus a iustitia sua. et fecerit iniquitatem
moriet in eis. In iustitia sua
qui operatus est moriet. Et cum
averterit se impius ab im
pietate sua quam operatus est.
et fecerit iudicium et iustitiam,
hic animam suam vivificabit. Con
sideras enim et avertens se ab om
nibus iniquitatibus suis quas
operatus est vita vivet et non
morietur. Ait dominus ops. Gradus.
Salvum fac servum tuum deus meus sperantem in te. V. Miserere mihi domine quoniam ad te clamavi tota die. Tr. Domine non est exaltatum. S. Joliez.
Nullo t. Erat dives festus iu
daeis. et algendis his trilinum.
Est autem trilinus phanca pisci
na quae cognominatur hebraice
bethsaida quinque porticus hab.
In hiis iacebat multitudo mag
na languentium. caecorum claudo
rum. aridorum. expectantium aq
motum. Angelus autem domini secun
dum tempus descendebat in piscinam. et
movebatur aqua. Et qui prior
descendisset in piscinam post
motionem aquae sanus fiebat
a quacumque detinebatur infir
mitate. Erat autem quidam ho
mo triginta et octo annos
habens in infirmitate sua. Hunc
cum vidisset iesus iacentem et cog
novisset quia multum iam tempus
huius haberet. Vis sanus fieri.
Respondit ei languidus. Domine
hominem non habeo. ut cum tur
bata fuerit aqua mittat me in
piscinam. Dum venio enim ego
alius ante me descendit. Dicit
ei iesus. Surge tolle grabatum
tuum et ambula. Et statim san
ctus est homo. et sustulit gra
batum suum et ambulabat. Erat
autem sabbatum in illo die.
Dicebant ergo iudaei. illi qui sa
natus fuerat. Sabbatum est. non
licet tibi tollere grabatum tuum.
Respondit eis. Qui me sanum fe
cit ille mihi dixit. tolle graba
tum tuum et ambula. Interrogave
runt ergo eum. Quis est ille homo
qui dixit tibi tolle grabatum
tuum et ambula. Is autem qui sa
natus fuerat effugit. nescebat
quis esset. Iesus autem declinavit se
a turba. constituta in loco.